



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtilii Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

36. Sacro viatico munitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

ram gloriosè olim & crebrò triumphasset, allatrari tamen ab importunis Erebi canibus non admodum amabat. Sed responso tam diu frustratus est, dum flagitare non desinentem quinto demum die vox angelica istiuscemodi afflavit: *Exaudita est oratio tua.*

35.

Rogat à molestiis inferni in obitu liberari. & auditur.

Oraculo isto jam erectior vocatum Fratribus Cœnobiarcham, & piaculorum veniã ab omnibus postulatã, rogat sacrum sibi epulum ministrari, ad commune iter necessarium viaticum. Subinde amplexatus Crucifixi argenteam effigiem (ex civium collatitiã stipe à NICOLAO curatum opus) in eã inclusum lignum vivificum salutem plenam Christianã fiduciã & dulcissimis verbis, quæ profunda suspiria, & cum singultibus fluentes per ora lacrimæ tandem interruperunt. Tum administrum F. Joannem monet sibi in aurem morienti insonare: *Dirupisti Domine vincula mea.*

36.

Sacro viatico munitur.

Inter hæc, discursantibus huc illuc Fratribus, dum NICOLAVS sibi soli fortè relinquitur, audire multum

B 5

festi-

festivam vocem quasi jubilantis
 Rogatus NICOLAUS causam tam
 inulitati gaudii, ridenti ore, inquit
 Deus Servator meus cum Matre
 Virgine, & Patre Augustino, blan-
 do mihi vultu annuunt, invitanti
 que his verbis: *Euge serve bone & p-*
delis, intra in gaudium Domini tui. Di-
 xerat: & oculis in Crucifixum refle-
 xis, erectisque manibus in caelum
In manus, ait, tuas, Domine, commen-
do spiritum meum. Statimque aud-
 tum personare caelum cantu Ange-
 lorum, lessum mortuo, aut cert-
 victori paena canentium.

37.
 Ad aeter-
 na gaudia
 a Christo
 invitatur.

S. N.